



Theologiae Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Intellectu & Scientia Dei, ejusque Objecto. Item de
voluntate & volitione Dei, ejusque Objecto

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Concl. V. Deus nihil sperat, neque timet. Irascitur dum appetit malum
alteri inferre ratione delicti ab illo commissi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73680)

mur, putā gemitus, quērelas &c. Sic intelligitur illud Gen. 6. v. 6. *Penituit eum, quod hominem fecisset in terra, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem.* Ubi vide Ambr. lib. de Noë, & arca cap. 4. & alios Expōitores. Sic ille. Interrogas eum: ecquā ratio, cur Deus tristari nequeat? Respondet: quod tristitia sit aversio à malo præsente, & ad ipsum, qui tristatur pertinente: Deus autem nullum malum pati potest. Obijcis: Nos tristamur, non solum de propriis, sed etiam de amicorum malis: ergo licet Deus non possit tristari de malis propriis; bene potest de amicorum suorum malis contristari. Respondet præfatus Auctor; tristitiam, de malis amicorum conceptam, sequi apprehensionem amici, tamquam aliquid nostri, iuxta illud: *Amicus est alter ego*; & consequenter ex apprehensione mali, quod amicus patitur, tamquam nostri mali: Deus autem non apprehendit, amicos suos ita sibi uniri, ut malum illorum aliquid sit malum ipsius. Hæc ille. Aliam responsionem addit Felix sup. dicens: Vel malum amici est malum poenæ, vel culpæ; si poenæ, non causabit Deo tristitiam, quia non accedit ipso nolente: si culpæ, si est mortalis, jam habens hoc malum non est amicus Dei; & ita Deus tristari non potest, ut amicus; si est venialis, non est cur tristetur Deus; nam facile poterit tale malum delere. Ita Felix.

30. Et sic patet, quare potius Angeli tristentur de malis nostris, utpote qui sint conservi nostri, juxta illud Apocal. cap. 22. v. 9. ubi Angelus dixit ad Joannem volentem eum adorare: *Vide ne feceris: servus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum &c.* Quid ergo mirum, si Angelus apprehendat malum amicorum suorum esse malum aliquod ipsius, quod cum accedat ipso nolente, nec potente illud impedire, aut delere, quid, inquam, miramur, si tristetur? Obijciunt præterea Adversarii: Etsi Deus in propriis bonis intrinsecis jacturam nullam pati possit; tamen potest in propriis bonis externis, quæ ad gloriam & honorem suum pertinent: de hoc igitur proprio malo præsente, & ad ipsum pertinente dolere potest. Respondet Smising sup. non qualecumque malum præsens ad excitandam tristitiam sufficere; sed illud solum, quod simpliciter & omni modo privat bono opposito: malum autem, quod Deus in suo honore pati potest, non privat illum simpliciter bono, quod in tali honore reperitur; cum illud in se eminenter, & altiori perfectiorique modo habeat Deus; quemadmodum cætera bona creata, sed solum privat Deum illo bono secundum proprium & formale esse talis boni, ex quo Deus non patitur aliquem defectum, sed potius creatura rationalis, quæ deberet habere actum honorandi Deum, qui actus est talis creaturæ propria perfectio & bonum (quoniam honor est in honorante) verum Deus bonorum nostrorum non eget, Pl. 15. v. 1. *Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.*

Probatur, Deum posse tristari de proprio malo.

Contrā arguitur ex Smising.

Secus est in hominē; quia licet honor quoque ipsi debitus non sit bonum internum honorati, sed honorantis; tamen cum illo qualemque bono externo privatur, simpliciter eo destituitur, nec in aliqua sua perfectione intrinseca eminenter retinet id, quod bonitatis reperitur in tali honore: & ideo intrinseca ejus perfectio ad satiandum ipsius appetitum non sufficit; sed is ad varia bona interna & externa distrahitur; & sic deficientibus sibi etiam externis bonis, simpliciter defectum pati censetur. Hucusque Theod. Breviter dico: Tristitia est aversio à malo præsente, & ad ipsum, qui tristatur, pertinente, ac contra ipsius voluntatem proveniente: jam autem in Deo nullum invenitur malum; neque alteri aliquid malum extrinsecum. Et hæc de passionibus, pertinentibus, secundum D. Thom. ad appetitum concupiscibilem; sequuntur passionibus pertinentes juxta eundem Doct. ad appetitum irascibilem, pro quibus instituitur

CONCLUSIO V.

Deus nihil sperat, neque timet. Irascitur, dum appetit malum alteri inferre ratione delicti ab illo commissi.

Passiones, quæ, secundum Thomistam, pertinent ad appetitum irascibilem, sunt spes, & desperatio, timor & audacia, ac ira: dico, secundum Thomistam, seu D. Thom. quia objectum irascibilis, quod secundum ipsos est arduum, juxta Scotum, ut notat Felix sup. 1. & tract. de Beatitudine cap. 8. num. 2. potius est objectum concupiscibilis. Sic ait Auctor postremo loco: Appetitus sensitivus duplex est, unus est concupiscibilis, alter irascibilis, quos Scotus 3. dist. 34. §. Notandum ultimus lit. G. (aliis num. 10.) distinguit: nam objectum concupiscibilis est, quod primo tantum est esse conveniens, vel disconveniens, objectum verò irascibilis est, quod non primo, sed secundario est conveniens vel disconveniens, v. g. cibus est primum appetibile et carentia cibi est primum fugibile, quia est primum disconveniens, & ita totum hoc pertinet ad concupiscibilem canis. Quod impedit consecutionem vel fruitionem cibi, est secundum fugibile, & ablatio talis impedimenti, est secundum appetibile, quod totum pertinet ad irascibilem canis.

Ex quo constat, quod tam in irascibili, quam in concupiscibili sunt actus, qui versantur circa ea bonum; & actus, qui versantur circa malum concupiscibilis: circa primum appetibile, si est bonum; & primum fugibile, si est malum; irascibilis circa secundum appetibile, & secundum fugibile; v. g. circa impediens cibum, habet appe-

appetitus irascibilis velle amovere illud, & nolle esse; non verò obiectum irascibilis est arduum, ut volunt Thomistae, nam potius est obiectum concupiscibilis. Addit Securus l. H. (aliàs num. 13.) quòd isti appetitus in sensu magis distinguuntur, quàm in voluntate; nam in voluntate solum distinguuntur sicut portio superior, & inferior: at verò in sensu ad minùs habent Organà diversa, quæ organa realiter distinguuntur, quæ non habent in voluntate. Hucusque Franciscus. Ut sit de hac controversia, quæ non est huius loci, & ideò eam prætereo, neque refero verba Scoti, quæ rem eleganter & subtiliter explicant, & videri possunt loco citato; dico, quòd Deo neque spes (saltem ratione proprii subiecti) neque desperatio conveniat: quia (inquit Smiling sup. num. 56.) spes tam cum incertitudine boni sperati, quàm cum difficultate boni sperati consequendi conjuncta est; desperatio verò, licet cum certa apprehensione boni eventuri, vel mali eventuri, conjuncta sit, est tamen etiam conjuncta cum difficultate, & subinde cum impossibilitate vitandi malum, de cuius evitacione desperatur; vel consequendi bonum, de cuius consecutione desperatur. Sic ille. Brevis: Spes in obiecto suo requirit arduum; nihil autem Deo arduum est: ergo in Deo non est spes. Sed neque desperatio, quia nullum malum fugit, quod non sit in ejus potestate impedire; aut bonum appetit, quod non potest consequi.

34. Accedit (inquit Smiling sup.) quòd spes, & desperatio connotant subjectionem sperantis, vel desperantis, ejusque dependentiam ab alio, ut Superiore à quo malum est inferendum aut bonum conferendum, quæ enim sunt nostræ potestatis independentem ab alio, non dicimur ea sperare, aut de illis desperare: quare etiam hac ex parte, spes & desperatio divinæ repugnant perfectioni, cum Deus non possit alium respicere ut Superiorem, vel à quo dependeat. Hæc ille, juxta probabilem acceptionem vocis spes. Alioqui putant Aliqui, ad obiectum spei in genere sufficere, ut sit bonum futurum possibile, idque sive possibile sit per alterum, sive per ipsum sperantem; sperat enim quis propriâ virtute vincere adversarium, proprio ingenio & studio fieri doctus: unde Psal. 48. v. 7. de aliquibus dicitur: *Qui confidunt in virtute sua.* Deinde: quæ alieno auxilio consequenda sunt, quandòque facillimè possunt haberi, adeòque quòd aliud per se, vel per alium possit haberi, parum facere videtur ad arduum, quàmvis id Aliqui existiment, sed hæc spectant ad Tractatum de spe Theologica. Hinc, an Deus aliquid speret, videtur esse quæstio magis de nomine, quàm de re; quid scilicet quisque per spem intelligat. Conclusio nostra videtur satis conformis esse communi cõceptui, & ordinario modo loquendi. Quare autem sup. dixerim: *Saltem respectu proprii subiecti*, patebit ex dicendis Sect. sequ. ubi de virtutibus voluntatis divinæ.

35. Progredior nunc ad secundam partem Conclusionis. Neque timet, sub timore autem com-

prehendo etiam audaciam, & nego in Deo timorem, & audaciam: quia (ait Smil. sup.) sunt aversiones à malo imminente difficili, seu quod ipse timidus, & audax, non sine difficultate, aut etiam (loquendo de timore) nullo modo avertere potest, prout talis aversio ab hujusmodi malo adjunctam habet ignorantiam, vel dubitationem, an illud malum eventurum sit. Undè hi affectus duplici ratione pugnant cum divina perfectione: partim scilicet ratione ignorantie, vel dubitationis de eventu mali, quod timidus fugit, & pro cuius aversione audax pugnat; partim ratione impotentie ad vitandum, aut superandum abiq; difficultate malum illud: Deo quippe nec ignorantum, nec incertum esse potest, an malum aliquod eventurum sit; nec potentia deesse potest, ad ulum malum absque difficultate superandum, vel impediendum. Ita Theod. Felix sup. num. 15. sic ait: Neque timor est in Deo; nam hic affectus supponit ignorantiam, aut dubitationem effectus mali futuri, quæ Deo implicanti; neque audacia, quia hæc versatur circa obiectum difficile, & quod videtur excedere vires audacter appetentis, & nihil Deo est difficile. Sic ille. Nec video, quid meritò possit obijci.

Restat ultima passio, quæ vocatur ira, & ab Aliquis negatur Deo; ab Aliis autem conceditur; verum quæstio est de nomine, quid scilicet per istud vocabulum significetur. Et si quidem ira sumatur, ut definitur ab Aristotele 3. de Anima cap. 1. *Est fervor sanguinis, vel caloris circa cor*, liquidò constat, eam non esse in Deo. Nec mirum; quia ibi solum declaratur ratio materialis iræ, quæ est animi perturbatio causata cum corporis perturbatione. Deus autem incorporeus est, degens vitam tranquillissimam, & ab omni perturbatione alienam. Sed & aliam formalem iræ descriptionem ibidem addit Philosophus, dicens: *Est appetitus doloris, vicissim adversario inferendi.* Porro nec in hoc sensu in Deo est propriè ira; quia non est in eo dolor, ut sup. probatum est. Et secundum hanc vocis iræ etymologiam loquuntur multi DD. & SS. Patres, quos nimis longum esset hic adducere. Sufficiat D. Th. 1. p. q. 20. art. 1. ad 2. *In passionibus (inquit) sensitivi appetitus est considerare aliquid quasi materiale, scilicet corporalem transmutationem, & aliquid quasi formale, quod est ex parte appetitus; sicut in ira (ut dicitur in 1. de anima) materiale est accensio sanguinis circa cor, vel aliquid hujusmodi; formale verò, appetitus vindictæ. Sed rursus ex parte ejus, quod est formale, in quibusdam horum designatur aliqua imperfectio. Sicut in desiderio, quod est boni non habiti, & in tristitia, quæ est mali habiti. Et eadem ratio est de ira, quæ tristitiam supponit. Quædam vero nullam imperfectionem designant, ut amor & gaudium. Cum igitur nihil horum Deo conveniat, secundum illud, quod est materiale in eis (ut dictum est) illa quæ imperfectionem important, etiam formaliter Deo convenire non possunt, nisi metaphoricè, propter similitudinem effectus. Cum ergo, secundum D. Th. ira importet imperfectionem, quia supponit tristitiam; non nisi metaphoricè, juxta eam vocis acceptionem, Deo convenire*

In Deo non est timor, vel audacia. Smiling.

Dupliciter pugnant cum perfectione divina.

Probatio ex Felice.

36. Quid sit ira juxta Aristot.

Alia dea scriptio ira.

Quid sit ira apud D. Thom.

Alia accep-
tio ira ex
eodem.

Scorus.

37.
Iraſci eſt
appetere
vindictam.

Quid ſit
objectum
iraſcibilis,
ex Scoro.

38.
Secundum
ipſum &
Ariſt. eſt in
Deo proprie
ira.

Probatio ex
Smifing.

convenire poteſt. Dico: iuxta eam vocis acceptio-
nem; quia idem Doctor 1.2. qu. 47. a. 1. ad 1.
ſic ait: Ira non dicitur in Deo ſecundum paſſionem
animi; ſed ſecundum iudicium iuſtitia, prout vult
vindictam facere de peccato. Quæ eſt ultima pars
noſtræ Concluſionis, quam indicat Scorus 3.
diſt. 26. qu. 1. §. Contra illam, num. 7. ibi: Præ-
tereâ: actus adequatus iraſcibilis, eſt iraſci, ſicut
actus adequatus intellectus, eſt intelligere: ſed iraſci
non poteſt reſpicere pro objecto bonum arduum, aliquo
prædictorum modorum: quia iraſci eſt appetere vin-
dictam ſive punitorem, ut dicitur 2. Rhetor.

Conſimiliter loquitur diſt. 34. qu. 1. §. No-
tandum, num. 10. ibi: Actus iraſcibilis eſt iraſci,
quod ſecundum Philoſophum 2. Rhetoricorum eſt
appetere vindictam ſecundum rationem apparentem,
propter apparentem parvipenſionem. Igitur objectum
iraſcibilis eſt vindicare: vel verius, ſi hoc eſt actus
ejus, vindicabile ſeu punibile, quod poſſet dici ira-
ſciturum, vel uſtatori modo loquendi, offendens:
quod offendens non dicitur ſtatim diſconveniens con-
cupiſcibilis; ſed quia impedit illud, quod eſt primò
conveniens appetitui; puta guſtativo canis cibum, ideo
concupiſcitur primò: prohibens autem cibum, & re-
movens, offendit animal concupiſcens. Objectum igitur
iraſcibilis eſt tale offendens, circa quod iraſcibilis
habet quoddam nolle; non quidem propriè reſugien-
tis ſicut concupiſcibilis nolens reſugit; ſed magis re-
ſpuentis, ſive repellentis; quia iraſcibilis nolens re-
pellit: non enim concupiſcit tantum amovere illud im-
pediens, ſed etiam ultra punire. . . . Quia tamen
eius actus eſt velle uluſci, vel nolle, & objectum no-
litum, non punitum, eſt adhuc præſens, ideo ſemper,
iraſci eſt cum triſtitia, non tantum concupiſcibilis; ſed
etiam cum triſtitia iraſcibilis: & hoc non niſi tunc,
quando iraſcibilis habet actum imperfectum; quando
ſcilicet deſiderat vindicare, & non vindicat: quando
autem actu vindicat, tunc actus ejus eſt perfectus
aſſimilatus fruitioni ex parte concupiſcibilis; & tunc
iraſci iraſcibilis, eſt ſine triſtitia, imò eſt cum ma-
gna delectatione propria, ſecundum Ariſtotelem 2.
Rhetor. Ira viri quaſi mel. Huculque Doctor
Subtilis.

Conſtat ergo, ſecundum Scorum, & Ariſto-
telem, in Deo eſſe iram, non ſolum metapho-
ricè; ſed propriè, excluſâ perturbatione & tri-
ſtitia, accipiendo iram formaliter pro appetitu
vindictæ, ſeu appetitu inferendi malum alteri,
ratione delicti ab altero commiſſi. Et ratio eſt,
quia (ut notat Smifing ſup. num. 58.) hic eſt
quidam ſpecialis animi affectus, & non ſigni-
ficatur nomine aliquo aliarum animi affectio-
num; ergo convenienter iræ vocabulo ſigni-
ficatur, & quòd ira hominis ſit conjuncta cum
perturbatione, vel quòd ſit affectus revindicandi
pro malo iracenti illato, & ſic dolorem in
iraſcente ſupponat, eſt materiale ad ipſum iræ
affectum formaliter ſeu in ſe ſpectatum, & ſic
ab iſtorum annexorum ſignificatione abſtrahe-
re poteſt vocabulum, iræ, licet ex illis, tanquam
notioribus, vocabuli impositio ſit orta. Quem-
admodum ſæpè contingit, ut aliud nomine ſig-
nificetur, aliud verò ſit, undè nomen impositum
eſt, v.g. lapis à lædendo ſic dictus eſt; nec

tamen læſionem; ſed ſubſtantiam lapidis ſigni-
ficat; & idem eſt de nomine Dei, quod ab ope-
rationibus Dei impositum eſt, & tamen ſub-
ſtantiam Dei ſignificat.

Adde (inquit Theod.) quòd, quamvis Deus
non poſſit lædi in bonis internis, bene tamen in
bono externo honoris & gloriæ, & ratione ho-
jus poteſt ipſi convenire redditio mali pro ma-
lo illato ſeu revindicatio. Sic ille. Igitur quan-
dò Ariſtoteles, & Patres definiunt iram cum
ordine ad triſtitiam, & dolorem, definiunt
iram, quæ communiter eſt in homine; non
verò rationem formalem iræ, prout abſtrahit
ab humana, & divina. Ex quo facile reſpon-
detur ad hanc objectionem: Judex non dicitur
iraſci contra delinquentes, cum eis debitam in-
fligit pœnam, niſi quando hoc præſtat motus
triſtitia & dolore orto ex injuria in ſe, vel in
ſuos, à delinquentibus illata. Reſpondetur, in-
quam, à Felice ſup. num. 19. quòd hæc eſt vul-
garis appellatio iræ, quando eſt cum furore &
iracundia; ſi autem ira pro ſola ratione forma-
li ſumatur, optimè poſſumus dicere, Judices
iraſci, quoties ex appetitu vindictæ male-
factoribus pœnam debitam infligunt. Sic ille.
Cum ergo Deus habeat affectum vindicandi
delicta, propriè dici poteſt habere iram, pro-
prièque intelligi poſſunt Scripturæ, quæ iram
Deo tribuunt; ſecus ſi cum perturbatione, ut
in Plal. 77. v. 65. Et excitatus eſt tanquam do-
miens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino,
quæ verba ſine tropo & figura intelligi non
poſſunt.

Hinc quando D. Thom. 1. parte negat, iram
eſſe propriè in Deo, intelligi poteſt & verò de-
bet, ut ſup. diximus de ſignificatione nomi-
nis iræ, juxta primam nominis impositionem
& vocis etymologiam: quemadmodum quòd
ibidem ait, deſiderium non eſſe propriè in
Deo, intelligendum eſt de deſiderio boni ad
ſentis, quo quis indiget, quæ videtur ſigni-
ficatio hujus vocis ex prima impositione; ſpe-
ctando autem formalem rationem deſiderii, il-
lud in Deo propriè eſſe poteſt, ut ſup. dictum
eſt. Quærit aliquis; an aliqua paſſio ex jam
dictis, ſit in Deo, ſub ratione paſſionis? Re-
ſolutio erit

CONCLUSIO VI.

Nulla paſſio animi eſt in Deo ſub
propria ratione paſſionis, ſed
puræ operationis.

Ita docet Smifing ſup. num. 59. & probat,
dicens: Paſſio animi vel non eſt aliud, quam
operatio animi connotans paſſionem corpo-
ralem, quam adjunctam habet, vel eſt quidam
animi impuſus diſtinctus ab oratione, & con-
ſequens operationem, ſive ulterius etiam ad-
junctam habeat corporis alterationem, ſive non.
Quòd ſi priori modo de paſſionibus animi len-
tiamus,